

Κείμενα 1

Εισαγωγή, Λίβιος Ανδρόνικος, Γν. Ναίβιος

1. Suet. frg. p. 17 Reiferscheidt: "carmine hexametro divinarum rerum et heroicarum humanarumque comprehensio".
2. Sil. 13,788: "carmine complexus terram mare sidera manes".
3. Λίβιος Ανδρόνικος ως μεταφραστής

Όμηρος

Μούσα

Μοῖρα

Μνημοσύνη

Οδ. γ 110 ἔνθα δὲ Πάτροκλος, θεόφιν
μήστωρ ἀταλάντος

Οδ. α 1 ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα,
πολύτροπον

Λίβιος Ανδρόνικος

Camena

Morta

Moneta

απόσπ. 10 *ibidemque vir summus*

adprimus Patroclus

απόσπ. 1 *Virum mihi, Camena, insece
versutum.*

4. Hor. epist. 2,1,69-71: "non equidem insector delendaque carmina Livi / esse reor, memini quae plagosum mihi parvo / Orbiliium dictare".
5. "fato Metelli Romae fiunt consules" (Ναίβιος, FPL p. 72).
6. "malum dabunt Metelli Naevio poetae" (FPL. p. 72).

7.

SERV. DAN. Verg. Aen. 2, 797 (330 sq. Th): (*invenio admirans*) ... sane amat poeta ea quae legit diverso modo proferre. Naevius belli Punici primo de Anchisa et Aenea fugientibus haec ait:

eorum sectam sequuntur multi mortales,
multi alii e Troia strenui viri.
ubi foras cum auro illic exibant

ecce hoc est 'invenio admirans numerum'; 'multi ... viri', ecce hi sunt 'animis parati'; 'ubi foras ... exibant', ecce et 'opibus instructi'.

Bar.¹ 359 sqq.; Buech.¹ 21 sq.; Buech.² 17; Cugusi; Frän. 60; Haeuss. 306 sq.; Hueb. 261 sqq.; Mar.¹ 73 sq.; Wi. 22

3 urbi *Baehrens*, quem *Thulin*, *Ernout*, *Bar.* sequuntur | illic *codd.*, *Warm.*, *Bar.*: illinc *Vahlen*, quem *Marm.*, *Strzel.*¹ *Mor.* sequuntur: ibi *Havet*: illuc *Masvicius*: ilico *L. Mueller*
multi Troiani comitantur Aeneades

PROB. Verg. ecl. 6, 31 (336 H): ... poeta Ennius Anchisen augurii ac per hoc divini quiddam habuisse praesumit sic ... Naevius belli Punici libro tertio sic:

postquam avem aspexit in templo Anchisa,
sacra in mensa Penatium ordine ponuntur;
immolabat auream victimam pulchram.

CYNTH. CENET. Verg. Aen. 2, 687 (*A. Mai, Class. Auct. VII p. 386*): Anchises vates fuit auctor divinandi Ennius: 'doctusque Anchises venit', et Naevius belli Punici lib. III: 'templo Anchisa ... ponuntur.'

SCHOL. VERON. Verg. Aen. 2, 687 (427 H): peritum multarum disciplinarum Anchisem fuisse et divini quiddam habuisse probare possunt Naevius et Ennius in An., qui ita de eo ait: 'doctus Anchisa Venus quem pulcherrima divum fata docet ... divinum ut pectus haberet'.

Bar.¹ 368 sqq.; Bu.¹ 35; Leo¹ 44 n. 1; Mar.² 242 sq.; Was.² 911; Wi. 24

1 postquamde *L. Mueller* | avem *M*: aves *Keil* | anchises *V* || 2 penatum *Buecheler* || 3 immolabat auratam *Hermann*: auratamque immolabat *Keil*: tum victimam immolabat *L. Mueller*: in auream molabat *Havet*: auratam immolabat *Baehrens*

iam in Italia Anchises augurium impetrat, deis Penatibus sacrificat

Κείμενα 2

Εννίος

1. Απόσπ. 1 Skutsch

Musae, quae pedibus magnum pulsatis Olympum

2. Απόσπ. 47 Skutsch

- 1 *Curantes magna cum cura tum cupientes*
Regni dant operam simul auspicio augurioque.
In † monte Remus auspicio sedet atque secundam
Solus avem servat. at Romulus pulcer in alto
5 *Quaerit Aventino, servat genus altivolantum.*
Certabant urbem Romam Remoramne vocarent.
Omnibus cura viris uter esset induperator.
Expectant veluti consul quom mittere signum
Volt, omnes avidi spectant ad carceris oras
10 *Quam mox emittat pictos e faucibus currus:*
Sic expectabat populus atque ore timebat
Rebus utri magni victoria sit data regni.
Interea sol albus recessit in infera noctis.
Exin candida se radiis dedit icta foras lux
15 *Et simul ex alto longe pulcerrima praepes*
Laeva volavit avis. simul aureus exoritur sol
Cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta
Avium, praepetibus sese pulcrisque locis dant.
Conspicit inde sibi data Romulus esse propritim
20 *Auspicio regni stabilita scamna solumque.*